cas pellicias. i. de pellib⁹ mortuorū aialū
vt signū sue mortalitatis secū ferret. In hi-
storijs aut dicit sic. Fecerūt sibi p̄comata. i.
succinctoria. q̄si brachias breues Et p. pe.
Perlisus. sa. sū. pe. pd. i. (nti. sz cor. pe. gti
Perlitor. torl. mas. ge. i. occisor. (vald lefus
Perna. ne. i. petaso. f. baconus vñ bassa por-
ci. An p̄ap. dicit. Perna vulgo que bas-
sa dicit. An quidam. Esse vbi perna retur
nec forson torquis habetur.

Pernicies. cie. f. ge. i. mors vñ interitus. et
dñs a pneco cas. In pniciolus. sa. sū. i. mor-
tifer letal. Inde pniciolitas. tatis. Itē per-
nices. i. velocitas pedū et dñs a pnix. i. velox
Pernix. cis. ois. ge. pe. cor. i. pniciolus de-
structor. et dñs a pneco cas. In hec pnicitas
tatis. et hec pniciolitas. i. destructio interi-
us. Item pnix cis. ois. ge. pe. p. in obliq̄s.
i. pseuerās in conatib⁹. vel velox et p̄prie
pedibus. et dñs a pnitor teris. Inde pnicitas
tatis. i. velocitas. sceleritas Et est pnicitas
pedū. Sed celeritas et velocitas pennarū
vel velox. An p̄ro pnice citum. p pnice
dico nociuū. Pernitor primū perneco dat
reliquū. Qui necat ē pnix. festinat currere
pernix.

Pernox noctis. ois. ge. i. vigilans. et p̄prie
nocte An debrō dñico cātā. Pernox cuz
xpo p̄prie nō possidebat lectulū et.

Pero. ronis. m. g. quoddā calciamentū ru-
sticorū. amplū et altū. qd alio noie dñs culpo-
neus. Et dñs a peri qd est circū. qz p̄ nimia ā-
plitudine circū circa vagat. Inde perona-
tus. ta. tū. i. ponib⁹ calciatus An Persius
nauū si poscat sibi ponatus arator.

Perpauc⁹. ca. cū. i. valde pauc⁹. An lheb.
xiiij. Etenī p paucis scripsi et.

Perpēdiculū. li. instrumētū est cementario
rū plūbatū qd alio noie dñs amussis. qd ipsi
dimittūt ad ppendendū qualitātē muri.
In h et hec perpēdiculari. et h re. Illa linea dñs
pēdiclaris q̄ sursum vñ deorsū recte dirigīt

Item ppendiculū. li. dñs illud vñ lebetes fe-
runt. et suspendunt Et in ista signōe dñs per-
pēdiculū. a p̄pdeo des. qz i eo lebetes p-
pēdēt. p̄ro instrumētū aut cementarioz
dñs ppendiculū. a p̄pdeo dis. qd est intelli-
gere. p̄siderare aiadūtere. p̄cipe trutinare
Perpēsilis. lis. pe. cor. i. valde leuis.
Perpus. ra. rū. i. puerus. p̄rau⁹ nō rectus.
ind p̄pere adū. i. p̄se male. p̄raue nō recte.
p quo sepe ponit p̄perā. qd non dñs acui in
fine. sicut nec multifariā. nec palā. vñ Apo-
stol⁹. i. Cor. xiiij. Non agit p̄perā.

Perpes petis ois. ge. i. p̄petu⁹. et cor. pe. gti
Perpessiu⁹. ua. uū. q̄ frequē aliqd patitur.
Perfus. sa. sum. i. valde vel diu passus. et
dñs a p̄petior. teris. An p̄ar. v. Et fuerat
multa p̄pessa. a cōplurib⁹ medicis.

Perpetuus. tua. tuū. qd nunq̄ habebit finē
sed habuit principium. vt aīe et angeli. In
hec p̄petuitas. tatis. stat⁹ vite quā h res
aliqua ex eo qd habuit principū. sed non sit
habitura finem.

Perplexus. xa. xū. i. implici⁹. irretit⁹. inuo-
lutus. colligatus. obscurus. Inde hec per-
plexitas. est p̄stringēs et inuitabilis neces-
sitas peccādi. q̄ puenit ex erronea volunta-
te. vt. c. i. et in sū. dis. xiiij. vbi glo. bo.

Perpropus. ra. rū. i. valde p̄perus.
Persepolis. lis. pe. cor. qdam ciuitas quaz
Persus condidit.

Perseuerātia. tie. i. assiduitas. cura. p̄tina-
tia. Sed pseuerātia est in virtute. Pertina-
tia nō in vitio.

Persic⁹. qdā arbor. et dñs a Perso rege qui in
egyptio p̄mo arseruit illā. In h p̄sicū. ci. fru-
ctus illius arboris. Et h p̄sictū. ti. locus
vbi p̄sici crescunt Itē adiectiue declinatur
persicus. ca. cū. pe. cor. i. persus siue de p-
side existens.

Persis fidis. mulier de p̄sia fm p̄ap.
Persolens. entis. ois. ge. i. assiduus. Inde
hec p̄solentia. tie. i. assiduitas.

Persolus. la. lū. i. assidu⁹. et dñs a p̄soleo. les.
et cor. so. An p̄laur⁹. Ebriose et p̄sole nu-
ge. Si aut inueniat p̄solus compositū a p-
et solus. et tunc pducit so.

Persona. ne. f. g. ē rationalis creaturē in-
diuidua essentia. et fm hoc dñs persona qua
si per se vna. et est etymologia Et fm hoc
p̄sona videt spectare ad deitatē. Item per-
sona dñs histrio. representator comediarum.
qz diuersis modis p̄sonat. diūsas p̄sonas
representādo Et hic p̄sōa dñs in grāmatica ip-
sū suppositū qnq̄ p̄prietat suppositi. qnq̄

pprietas vocis quāq; vox ipsa. quāq; modus significandi. et quāq; psonalis pprietas. Itē psona dicitur in ecclesia. quā dignitatē habet p ceteris. Et hoc ab histrione sumptū est. quā diuersas psonas representando diuersos solet accipere ornatus. et sūm dignitatē psonē quā habebat representare. Et hinc tractū est. ut psona dicat. in ecclesia. Nam sūm diuersos gradus dignitatis psonē distinguunt in ecclesia. Et hinc etiā tractū est ut in grāmatica vna psona dicat prima alia secūda. alia tertia. quod sit ratione dignitatis. Et deberet psona penl. correpta dici. sed ad differentia huius impatiui. psona psonet. quod corripit dicitur penl. p. An quidā. Paup psona non ē mea psona regi. Ex autē dicit psona quā p se sonans etymologia est. Unde h et hec psonalis et h le. Unde psonaliter adu. et hec psonalitas. tatis. Itē a psona dicitur psonat. tati. Et h psonatus. tus. tui. dignitas vel officii psonē. sūm l hug.

Perpicuus. cua. cui. i. clarus. lucid. pspiciui peruius. et dicitur a pspicio. cis.

Perpicax. caxis. ois. ge. i. clar. subtilis vel pfecte et pla vidēs. et dicitur a pspicio. cis.

Perfus. Perfi. qdā rex fuit quāquā terrā obbellauit. et eius noīe dicta est psia. sic et hec pfiis idis. et hec pfida de. Unde pseus. sea. seu. et pficus. ca. cū. Et h et hec pfa. se.

Pertesus. fa. sū. pmolest. odiosus. fastidius. An Macrobi. Pertesus necessitati dixit. et dicitur a tedet.

Pertinax. nacis. pe. cor. in ntō. sz. pd. gtiō. omnis ge. i. valde vel impudenter tenens. durus. perseuerans. impudens. constans. Irreuocabilis indocilis obstinatus. Unde ptnacitas. tatis. i. assiduitas. pseuerātia. ipudētia. Idē et ptiaria. cie. Et sūm pda. Perseuerātia ē i virtute. ptiaria vō i malo.

Pertusus. fa. sū. i. pfecte pfract. et pd. tu. An Aggei. j. In saculū ptusū.

Peruicax. caxis. i. improb. pteru maliciosus importun. et dicitur a p et vice. qz vice suaz obtinere vult. vel qz puerit vices rerum. quod bonum est iudicādo malū. vel ecōuerso. Vel dicitur a per. et vitio. as. eo qz in vitio persistat. Alia p et vitio. et cadēs quāsi per vitii cadens. Vel a per et viribus. et cadens quāsi p suas vires cadēs. vel cōpōit a p et vitia quā antiqui victoriā dicebant. inde puicax proprie dicitur quā in pposito suo ad victoriā pseuerat. In puicacia. cie. Et puicacitas tati. sūm l hug. pda vero dicit. Peruicax. id est perseuerans. cōtumax. obstinat. dur. immobil

Et cor. pe. nti. et pdu. pe. gti.

Peruigil. i. valde vigilās.

Peruigiliū. lij. i. vigilatō et dicitur a puigil.

Perui. uia. uiū. p quod via patet.

Perula. le. di. i. pua pera et cor. pe.

Perusiū oppidū i italia. In pusiū. na. nū.

Pedes. pedis. m. g. dicitur a pos podis. greco. quod idem est quod pes. Et accipit tripliciter. s. p membro cum quā ambulamus. Vel p metrorum pede. Vel p mensura. Pes in metro ē syllabarum et tēporū certa dinumeratio. Pes in mēsuris agroz. digitos. xv. hz. palmos quattuor. Itē pedes dicuntur extremi anguli veloz vel potius illi duo in nauī funes quā extremos veloz angulos tenēt. Item pes cōpōit h et hec. et h bipes. dis. tripes. dis. quā drupes. dis. i. habēs vel aptū natum habere duos vel tres vel quattuor pedes. Unde bipediū. dia. diū. et h et hec bipedal et hocle. et hec bipedalitas. tatis. Tripediū. dia. diū. et h et hec tripedal et hocle. et hec tripedalitas. tatis. Quadrupediū. dia. diū. et h et hec quadrupedal et h le. quadrupedalitas. tatis. et quadrupedās. dantis. ois. ge. i. quadrupes. Item pes aīe intelligit amor quod itur ad delectationē quā est loc. aīe. qz amor cum prauus est. dicitur cupiditas vel libido. cuius non rectus est seu bonus dicitur charitas.

Pessartū. rij. est genus medicaminis. et dicitur a pessū. eo qz int. initiat. vel intromittat.

Pessulū. li. et h pessellū li. i. sera lignea. quā firmat ostiū. et dicitur a pellolis. qz pellit et repellit. Et cor. su. An Lan. v. Pessulum ostiū mei aperui. pda. non dicit Pessulū. i. ostiū a pede dictū. habet enī inferiorē cardinez quasi pedem.

Pestis grece. latie humor dicitur et acuit in fine.

Pestica. le. dimi. i. pua pestis et cor. penul.

Pesticus. ca. cū. pe. cor. i. peste plenus.

Pestilens. tis. ois. g. et pestilēt. ta. tū. id est plen. peste. In pestilentia. cie. et ē idem quod pestis. Sz pprie pestis. ē nomen ipsi morbi. Pestilentia vero est id quod ex se efficit morbū. Isidorus non dicit. Pestilentia est ptagiū quod duz vñū apprehendit. celeriter ad ples trāsit. Signif autē ex corrupto aere et viscerib. penetrādo innitit. Dicit autē pestilentia quāsi pestilentia. eo qz veluti incendiū depascit. dū descendit p totū corp. Et sunt tres modi pestilentie. aut ex terra. aut ex aqua. aut ex aere sūm pda.

Pestis. stis. fe. ge. dicitur quā morbus quā scilicet mēbra dissoluūt et putrescūt. et dicitur pesti quod est humor. vel dicitur pestis. quā pastis. a

pascendo. qz veluti incendiū depascit. duz descendit p totū corpus. 7 gignit ex corrupto aere. Et eadē. contagio dicitur. 7 contagio a contingēdo. qz quē contigerit polluit vel qz tactu vnius descendit p oēs. Ipa 7 inguina. ab inguinū pcussione. Eadem 7 lues a labe vel luctu. vel luendo dicta. qz tanto est acuta. qz non habeat spaciū tps in quo vlt vita speret. vlt mors sz repētīn' morib' sil' cū morte venit. 7 ē qsi idē qd pestilentia.

Pestuosus. sa. sū. i. peste plen' In hec pestuo

Petalū. li. i. forma. marmorēa (sitastis. instar tessere qdrata vñ pauimēta sternebatur. An Josephus in. viij. Strauit aut pauimentū templi petalis aureis. Itē petalū est lamina aurea i fronte vñ in pectore pōtificis q illud nomē dei ineffabile tetragramaton qttuor lris hebraice habebat scriptum

Petaso. sōis. i. pna porci. f. bacon' siue bafsa In h petasūcul' li. di. 7 formaf a petaso. o mutato i vncul' vñ vn. 7 addita culus.

Petatus. si. m. g. 7 h petasū. tasi. i. eodē sensu. qddā calciamētū Mercurij ad volādū 7 dicitur a peto xbo greco. qd est volare. Unde Martialis coqu' Petaso aut a talaribus concitatis cepit pīre Mercurius.

Petaurus. ri. m. g. quidā ludus qñ hoies a tapetibus mittunt in auras. 7 dicitur a peto. et aura. quasi petens auras Vel dicitur petaurus qsi petens taurus In africa enī sunt quidā tauri. ita edocti q cum cornib' emittūt hoīmines in aurā. 7 illesum inter cornua recipiunt. Et dicunt petauri. qsi petentes tauri. Vel petaur' dicitur a peto greco qd est volare. 7 aura. qz cuz hō in tali ludo emittit. videt p aurā volare. An Juuenalis. An magis oblectāt aluz iactata petauro.

Peticus. ca. cū. 7 petici'. cia. ciū. qd petit vel qd

Petilius. lia. liū. qsp pe (amat aliqd petere.

Petitio. onis. f. g. i. qō (tit. 7 dicitur a peto. tis.

Peticiūcia. le. i. pua petitio (vlt postulatio.

Petitor. oris. m. g. i. postulator. vel qstor. 7 dicitur a peto. tis. 7 pd. ti.

Petir. ta. tū. i. postular'. 7 dicitur a peto tis. Et hic petir'. tus. tui. i. postulatio. 7 pd. ti.

Petoricū. ci. qddā gen' curr'. 7 dicitur a peto. ti.

Petra. tre. grecū est. i. lapis. 7 dicitur a petros. qd est durū. qz dura est. Ex aut dicitur petra. qsi pedib' trita. etymologia est. Inde petrin' na. nū. 7 petrosus. sa. sū.

Petrella. le. di. i. parua petra.

Petro onis. m. g. dicitur a petra. Sūt aut petrones particule q abscondunt de petris sicut quisquilias dicimus inutilem materiam q

abradit de lignis qñ dolant.

Petros grece. latine dicitur durum.

Petroselinū. ni est qdā herba silis apio 7 dicitur a petros. 7 selinū. qd est apii eo q sit silis apio. 7 nascit in petris 7 in mōtib' ppropis. qd nos petrapii dicere possumus. Selinū enī grece. apium dicitur latine. Et est gen' apij. Aliud est genus hyposilinū. Tertius oleoselinū. 7 pdu. li.

Petrus apl's dictus ē a petra. qz dur' 7 firm' fuit in fide. Al' petr' dicitur ē a petra. i. a xpo sup quem fundata est ecclesia sml' hug. Et interpretat' petrus agnoscens vel discalcians. Agnoscens qz videlicet deitatez xpi agnouit. cum dixit. Tu es xps filius dei viui Discalcias vñ interpretat'. qz pedes affectuū suoz ab oī ope mortuo 7 terreno discalciauit. cum dixit. Ecce nos reliquimus oia. et secuti sumus te.

Petulus. lātis. ois. ge. i. luxuriosus. lasciu' importune petens. plus petens vñ 7 pcac' dicitur. qz petulantia 7 pcacitas vicina sibi qdam mentis iungunt infania. vt plus velit petulās temeritate. lasciu' ludo. Inde petulantia. i. lasciuia. libido. importunitas.

Petule. ca. cū. i. iportun' ipetēdo. 7 dicitur a petulor. laris. An meretrices petulcas vocant'. Et petule dicitur luxurios'. qd sepe petit coitū. qd pprie de aialib' irrōnabilibus dicitur

Petulus. li. equ' qd hz albos pedes.

Petus. ti. m. g. i. guele'. strabo. aliqntulū. f. cuius. oculi qdā velocitate cito voluuntur huc 7 illuc. 7 dicitur a peto. tis. Et hec petra. te. i. gueleca. 7 aliqntulū straba. Et pd. pe. sed peto. tis. 7 peti infinitiu' cor. pe. An Vult sibi strabo peti. se dicit noie peti.

Pexus. xa. xū. i. pectinat'. pectine ornatus

Phaeton. tontis. fili' solis. 7 dicitur a phos. qd est ignis qsi totus ardēs. Ipe enī pmo vocabat'. Eridan'. qd cū male regeret curā patris fulmie a Ioue extinct' ē 7 cōbust'. a q cōbustione dictus ē postea phaeton Et qz tūc cecidit i padū. inde postea padus dicitur est Eridanus. ab illo in eo submerso Inde phaetonte'. tea. teū. Et hec phaetōtides. de. fili' vñ nepos illi'. In hec phaetōtis. ti. dis. filia vñ neptis. pprie 7 iprope soror illi'

Phala. le. i. lignea fris. 7 dicitur a phalō An iuuenalis. Cūsulit an phalas delphinorūqz

Phalax. gis. 7 hec phalāga (columnas. ge. lingua macedonum. dicitur legio sine caterua. Inde phalāgarī'. ria. riū. i. legionari'

ante h

Phaeton. tontis. fili' solis. 7 dicitur a phos. qd est ignis qsi totus ardēs. Ipe enī pmo vocabat'. Eridan'. qd cū male regeret curā patris fulmie a Ioue extinct' ē 7 cōbust'. a q cōbustione dictus ē postea phaeton Et qz tūc cecidit i padū. inde postea padus dicitur est Eridanus. ab illo in eo submerso Inde phaetonte'. tea. teū. Et hec phaetōtides. de. fili' vñ nepos illi'. In hec phaetōtis. ti. dis. filia vñ neptis. pprie 7 iprope soror illi'

Phala. le. i. lignea fris. 7 dicitur a phalō An iuuenalis. Cūsulit an phalas delphinorūqz

Phalax. gis. 7 hec phalāga (columnas. ge. lingua macedonum. dicitur legio sine caterua. Inde phalāgarī'. ria. riū. i. legionari'

scz de phalanga existēs vñ ad phalangā pti
nens. 7 phalāgo. gas. i. phalāgam facere.
Phalarica. ce. qdā telū ingēs tornofactuz
hñs ferrū cubitale. 7 rotūditatē de plūbo
ad modū sphere 7 in ipā sūmitate dī ignez
hñe affixū. Hoc telo pugnat de turrib⁹. q̄s
grēci phalas vocant. 7 mittit tornēto non
manib⁹. Et qz hoc telū tornēto mittit. In
est qz qñqz ponit p tornēto. qd vulgo dici
tur petraria vñ manganū. In phalaric⁹ ca.
cū. q fert tale telū vel qd pñet ad phalari-
cā. 7 cor. pha. sicut 7 phala. An Lucanus
in. vñ. hñc aut tortilib⁹ vibrata phalarica
neruis. obruat tē.

Phalon grece. latine lignū dī.

Phanaticus. ca. cū. i. lunatic⁹. insanus pp̄
phanū violatū. vñ qz ad phanū ducebat vt
liberaret. 7 dī a phanū. 7 phanaticū dī qd
pñet ad phanuz. Et hinc phanatic⁹. ci. i.
custos phani. s. sacerdos. Phanatici etiaz
dicunt q futura canūt. 7 cor. ti.

Phantasma 7 phantasia. spēs visiois. no-
cturne imagines. vide. s. in. f. lra.

Phanū. ni. i. tēplū. 7 dī a phonos vñ phone
qd est son⁹. qñ phonū. qz ibi dī rñsa dabāt
in voce hūana. Inuenit etia aliqñ phanū
in bona pte. pccclia. 7 pd. pñā.

Pharaon nomē est honoris apud egyptios.
sicut cesar apud nos In latino aut expm̄
denegans cū vtiqz deū. siue dissipator. Ido
puli enī dei fuit afflictor. fm̄ Ipa. Hug.
no dicit. q pharos ciuitas vel turris qñqz
ponit p egypto. vñ inuenit phari⁹. ria. rñū
i. egyptiac⁹ Et hinc oēs reges egypti dicti
sunt pharaones.

Phares interpretat diuisio.

Pharetra. tre. f. g. pe. cor. vbi portant sagi-
te. 7 dī a pheron. qd est mors. qñ pharetra
i. mortis repositoriū Quoteni fert sagittas
tot fert 7 mortes. Inde pharetr⁹. ta. tū.
i. armatus 7 instructus pharetra. vel qz
pharetrā fm̄ hug. Ipa. no dicit Phare-
tra est theca sagittarū.

Phariseus. sca. seu. i. diuisus 7 dī a phares
qd est diuisio. Et hinc qdam heretici dicti
sunt pharisei. q diuisi interpretant. qz tradi-
tiones 7 obseruationes legis quas illi deu-
teroslas vocant iusticia pferunt. An 7 diui-
si vocant applo. quasi p iusticiā dei vel qz
decalogū legis in mēbranulis scribentes 7
complicantes eas 7 ligātes in fronte gesta-
bant vt religiosi iudicarent. 7 inde phari-
sei. i. diuisi a ppo dicti sūt Et vt dī in histo-
rijs sup euangelia Tres erant secte iudeo-

rū a coi. reliqz vita 7 opinione distantes.
pharisei. saducei 7 essei. Pharisei cultu au-
stero. 7 victu paucō vtebant. traditiones su-
as statuētes. quibus traditiones Moysi
determinabāt. pictatā chartarū in fronte
gerebant. 7 in sinistro brachio circumliga-
ta. quib⁹ decalogus inscript⁹ erat. qz dixe-
rat dñs. Hec habebis qñ qd appensū. 7 in
manu tua tē. Et hec dicebāt phylateria a
phylaxe. qd est seruare 7 thorath qd sonat
legē. Isti etiā maiores fimbrias alijs defe-
rentes spinas eis alligabāt. qbus puncti i
deābulatiōe mēores mandatorū dei fierēt.
Pharma vñ pharmacō lingua syroꝝ dī vn-
guentū vel medicamentū.

Pharmacētic⁹ ca. cū. dī a pharmacia Et nō
q tria sunt genera curationis. Unū ē phar-
macenticū. a pharmacia. q est medicamēto
rū curatio. Scdm̄ est dieticū a dieta. qd est
obseruatio legis 7 vite Tertiū est chirurgi-
cū. a chirurgia q ē ferramentoz incisio.

Pharmacia. cie. ē medicamētoꝝ medicina.
vñ dom⁹ vnguētaria 7 dī a pharma Al dic
q pharmacia largo mō dī oīs medicia ma-
rie cōposita. s. stricto mō 7 pprie pharma-
cia sumit p medicina laxatiua.

Pharmacopula. le. i. vnguentoz siue medi-
camentoz venditor vel venditrix 7 dicit a
pharmacon. 7 pole qd est vendere. Vel cō-
ponit a pharma 7 copos qd est labor. 7 dī
pharmacopola. le. i. vnguentari⁹. q labo-
rat circa vnguēta. 7 cor. po.

Pharmac⁹. ci. i. malefic⁹. Et he pharmaca.
ce. Vel fm̄ grecā declinatōz pharmace. cel
i. mulier malefica. s. maleficia faciens.

Phaz. ri. vel h pharos 7 vñ in latinū 7 dī
h pharus phari turris maxima iuxta ale-
xandriā in mari dicta a phos qd est lux vñ
ignis. qz flammaz iudicio longe videat
quasi phosphoros. vñ qñ phosphoros. Quos
visio dicit. 7 inde pharos quasi phoros. i.
visio ignis. Visus enī luminis est ad pñun-
ciandum nauigantibus vada 7 port⁹ intro-
itus. vel portū ibi esse. Hinc etiā quēlibet
mōtē iuxta portū positū 7 quālibz turri silr
iuxta portū positā. sup quē vel supra quaz
igne accēso posito designabāt nauigantibus
ibi eē portū 7 introitū ad portū. pharō vo-
cabāt. An 7 qdā turris i italia dicta ē pha-
ros. ppter vtilitatem talē. Et hinc etiaz in
porticib⁹ machina ad plucendū fabricata.
pharos dicta ē. Itē a pharos turri alexan-
die. qdā ciuitas in egypto dicta est pharos
Et pharos ciuitas vñ turris ponit qñqz p

egyptio. Unde inuenit pharus. ria. rium.
i. egyptiacus Et hinc oēs reges egypti dicti
sunt pharaones.

Phase. i. trāsīt dñi. Nō q̄ q̄rtadecima die
p̄mi mensis ad vespam comedebant iudei
agnū pascale. et nox illa dicebat Phase. i.
trāsītus dñi sic dicitur in historiis sup Exo. xij.
q̄ in ea trāsīuit angelus p̄ egyptū pcutiēs
p̄mogenita ab hoīe vsq̄ ad pecus. et transi
uit sup tecta hebreoz linita sanguine. et ag
gressus est iter trāsēundi isrl̄ ab egypto.

Phaselus. li. f. g. dicitur parua nauis habilis ad
transeundum huc et illuc. Phaselus dicitur
q̄dam insula. grēcie Item hic phaselus. li.
quoddā genus leguminis quod plurimū
abundat in illa insula. vel q̄ primum inde
allatum est. Unde hic phaselus. li. dimi. et
hoc phaselarium. larii. herba phaseli. vel
locus vbi abundat. et producit pen. pha
selus.

Phasma. mē. f. g. et h phasma. matis. i. ap
paritio. pp̄ie phana et incerta. vt in nocte.
Et hinc q̄dā fabula menandri dicta ē pha
sma. a quadā apparitione.

Phasinos grēce. apparitio interpretat̄ latie.
Phēbe. bes. i. luna et dicitur a phos q̄d est lux vlt
clarū. Item h phēbus. bi. i. appollo. vel sol.
Vñ dicitur Phap. Phēbus et phēbe sol et luna
dicuntur a phos. i. a claritate. Phēbus. i. cla
rus. ab eo q̄ est phos. i. lux. Hug. vero dicit
A phos q̄d est lux. dictus est sol phēbus. i.
lucidus. et est quasi adiectiuū. vñ phēbus
appollo quasi lucidus. Vel phēbus grēce. la
tine interpretat̄ cois. q̄ cōmuniter tpat et fri
gidus. et calidos planetas Item phēbe bea.
beum.

Phaleti et cereti noia sunt indeclinabilia Et
sonat phaleti admirabiles. Cereti exterminatores.
Et scribitur p. l. phaleti. s. cereti p. r
Pheniceon grēce latine dicitur rubeū. Item phe
niceus. cea. ceu. i. rubeus. Vñ pheniceant
vestem dicunt grēci. quam nos coccineam
dicimus. Item puniceus. cea. ceu. i. rubeus q̄si
pheniceus. Et h et hec phenix. cis. i. hō rube
us. q̄ illi ex vicinitate solis sunt puniceus
seu pheniceus. dicti sunt phenices Vñ etiaz
q̄ ipsi primi inuētores litterarum fuerūt
adhuc capitales litteras rubeo colore. i. mi
nio varmilionē scribimus. vt colore repre
sentemus illos fuisse inuētores litterarū
et ab eis terra quam coluerūt. dicta est phe
nicea. cie. Item h et hec fenix. cis. gentile. f. q̄
cūq̄ est de terra illa. siue sit rubēs. siue nō
Et pheniceus. cea. ceum. in eode sensu Item

a phenicea dicitur pen. pena. penū. subtra
cta aspiratione. et a penus mutata. g. in. v.
fit punus. na. num. Unde punicus. ca. cuz.
et hinc puniceus. cea. ceu. oia in eode sensu.
Et nō q̄ peni et puni et punici et pūicei dicitur
tam illi de punicea q̄ cartaginenses et
africani. Vido quidam qui fuit de tyro et
sidone ciuitatibus phenicie fugiens fratrē
suum Idigmalionem venit in africam cum
magna multitudine suorum cum quibus
cartaginē edificauit. Et hinc cartaginen
ses dicti sunt peni vel puni. vel punici. vel
puniceus et terra cartagini adiacens. dicta ē
punica. Tñ postea ampliata est appellatio
et dicta est generaliter africa. terra punica.
et africani dicti sūt. punici. peni. vel puni.
Vñ et quoddam genus malorum dicitur malū
puniciū. q̄ de illa regione fuit allatū. vel q̄
ibi plurimum abundet. vel quia grana ha
beat rubea.

Pheniceus. cea. ceu. i. tribus significationibus in
uenit. Nā pheniceus. i. rubeus a phenice
on. Et pheniceus. i. de phenicea. Et pheni
ceus. cea. ceu. q̄d ptinet ad phenicem autē.

Phenix. cis. cois. ge. i. hō rubeus. et dicitur a phe
niceus. Item phenix. i. hō de phenicia. et sic
dicitur a phenicia. et sic in istis duobus signifi
cationibus est ge. cois. Item phenix. cis. m. g. pe. p
du. est q̄dam avis arabie de qua dicit Am
brosius in hexameron. Phenix q̄dam avis
in locis arabie phibet degere. atq̄ ea vsq̄
ad annos quingentos longeva etate procede
re q̄ cum sibi finem vite adesse aduerterit.
facit sibi theca de thure et mirra et ceteris
odoribus in quā impleto vite sue tpe itrat
et morit̄ de cuius humore carnis. vermis
exurgit. paulatimq̄ adolescit. ac p̄cessu sta
tuti tps induit alarum tegmina. atq̄ insu
pioris avis speciez formamq̄ reparat Item
dorus aut dicit. Phenix arabie avis dicta
q̄ color phenicū habet. vel q̄ sit in toto
orbe singularis et vnica. Nam arabes sin
gularem phenicem vocāt hōc quingentos et
vltra ānos viuēs. dū se viderit senuisse. col
lectis aromatū virgulis. rogū sibi instruit
et p̄uersa ad radiū solis alarum plausu vo
luntariū sibi incendium facit. sicq̄ iterum
de cineribus suis resurgit.

Phiala. le. pe. cor. vas patulū ad potandū.
vel ad oleum retinendū. et dicitur ab hialin. q̄d
est vitrū. Vñ phiala q̄si hiala. q̄ olim ex vi
tro fiebat Et vt dicit Phap. Phiale vasa am
plitudine diffusa. corda eharitatis significāt
Phibulin grēci dicunt. inde nos dicimus

phibula. lē. 7 est illud q̄ pectus feminaꝝ or
nat vel firmatoriuꝝ quo palliū tenet in hu
meris vel cingulū i lumbis. Inde hoc phi
bulariū. rj. illud quod opponit mantello.
vel p quod immittunt phibulene dissipet
mantellum.
Philadelphia. phie. ciuitas arabie.
Philantropus. herba q̄ dicit lapa eo q̄ ve
stibus hoiuꝝ inheret ob sui aspitatē. 7 dicit
a philos qd est amor. 7 antropos qd est hō
qz quadam affectione videt vestib⁹ hoiuꝝ
adherere.
Phylargiria. i. auaritia. amor pecunie. vel
argenti. 7 dicit a phylor. 7 argyros.
Phylateriū. rj. dicit membrāula vel breuicel
lus in q̄ erat scripta lex. 7 seruabat. quā de
ferebat an frōtem vel pectus. vt sic vide
rent religiosi. Sed h nō fiebat nisi causa ia
ctantie 7 vanitatis. vñ 7 sepe inuenit p va
nitate. 7 dicit a phylaxe qd est seruare. 7 tho
rat qd est lex. An̄ Matthei. xxiij. Dilatāt
enī phylateria sua. 7 magnificant fimbrias
Phylaxe grece. latine dicit seruare. Inde hec
philaxa. xē. vas vbi aliquid recondit 7 ser
uat. hoc fuit a principio. sed postea phyla
xe in vsum vini transferunt. Et a phylaxe
trahit. phylaxo. xas. i. seruare.
Phile grece. latine dicit mulier.
Philippica. est liber quez scripsit Cicero cir
ca philippum.
Philippis. vrbs macedonie. fm̄ p̄dā.
Philippus. pi. interpretat amator equorum
Philos enī grece. dicit amor. 7 componit
cum bippos qd est equus. Inde philipp⁹.
i. amator equorū. Vel philippus interpretat
os lampadis ppter suā luculentam p̄dica
tionem. Bt etiam os manū ppter assidu
am opationē Philippus etiā dictus est p̄
Alexandri putatiuus. Inde 7 philippi po
rum dicti sunt campi thessalici i quibus re
gnauit. vñ Lucanus. Et mutina lētos pra
uos facere philippos. Et bicantij in quib⁹
erat scripta illius imago. Unde Oratius.
Retulit acceptos regale nomisma philip
pos. Inde philippenis. Ad philipenses
scribit apl⁹ Et scribit p vnum. i. 7 p gem
minū. p. 7 cor. phi.
Philistim vrbe condiderūt allophili. q̄ asca
lon nunc dicit. Inde philiste⁹. tē. tē. Philis
tei. ipi sūt 7 allophili. i. alienigenē. qz sp fu
erūt inimici israel. 7 ab eorum genere 7 so
cietate separati. Sed philistim per duo. i.
dicit pro gente.
Philohistoricus. ca. cū. pe. cor. i. amator hi

storiarū. 7 dicit a philos qd est amor. 7 histo
ria. An̄ Hieronim⁹ in epla ad Paulinū
vij. Et tot⁹ mūdi philohistoricus.
Philostatos. p. p. p̄p̄iū nom cuiusdā viri
Philocalus. li. pe. cor. i. amator boni. 7 dicit
a philos qd est amor. 7 calon bonū.
Philocop⁹. pi. pe. cor. i. amator iactantie q̄
vult vt labor suus appareat ppter vanam
gloriā. 7 dicit a philos qd est amor. 7 copus.
qd est labor.
Philogeus. gei. m. g. pe. p. quartus equus
solis 7 dicit a philos qd est amor. 7 ge. terra.
quasi amās terrā. Vide ē enī sol amare ter
ram cū post nonā declinat ad eā. Tunc enī
ad occasum tendit.
Philon grece. latine dicit foliū.
Philos grece. latine dicit amor.
Philosoph⁹. phi. i. amator sapie. 7 dicit a phi
los qd est amor. 7 sophia qd est sapia. Ind
philosophia. phie. amor sapie Et hinc phi
losophicus. ca. cum. Et philosophor. aris
i. studere vel docere phiam. vlt tractare eā
vlt morē philosophi sequi. 7 pōt esse verbū
morale vel imitatiuū. Et nota q̄ phs pro
prie dicit. q̄ diuinariū 7 humanariū rerū sciam
h3. 7 oēm bene viuendi tramitem tenet Et
ferē hoc nomē primū esse exortum a Pyta
gora. Nam greci veteres cum ātea sophos
vel sophistas. i. sapiētes vel doctores sa
pie semetipos iactanti nominarēt. iste i
terrogat⁹ qd p̄fiteret. verecundo noie phi
losophū. i. amatorē sapie se esse rēdit. qz sa
pientē p̄fiteri arrogātissimū videbat. Ita
deinceps. postea posteris placuit vt q̄ tali
bus de reb⁹ ad sapiam p̄inentibus doctri
na quisqz vel sibi vel alijs videre excellere.
non nisi phs vocaret
Physicus. ca. cū. i. naturalis. 7 dicit a physis.
qd est natura. Inde phisiculas. i. diuina
re vlt p̄nūciare Inde physiculat⁹. i. diuina
tus vel pronunciat⁹.
Physica. cē. qdā ars q̄ de rerū naturis tra
ctat. 7 dicit a physis qd est natura. q̄ si scia de
naturis. Inde physic⁹. ca. cū. q̄ de arte illa
tractat. vlt qd ad artē illā p̄tinet. vt physic⁹
liber. Et h physicus. ci. 7 hec physica. cē. q̄
vel que tractat artē illā. vel fm̄ artē illaz.
Phisiologus. gi. q̄ loquit vel tractat de na
turis. rerū. 7 dicit a physis qd est natura. 7 lo
gus sermo. vel rō. Et cor. lo.
Physis grece. latine dicit natura.
Phiton. nis. m. g. fuit quidam serpens crea
tus a terra quem apollo in pernasso monte
interfecit. Et interpretat phiton consulere. vlt

dubitatio 7 dicitur a verbo greco .f. phito quod est giro. hinc phiton dubitatio dicitur. quae apollo interfecit. quia sapia dubitatio absoluit. Et hinc ipse apollo dictus est phiton vel phiti. Et hinc phitia phitioz dicitur sunt ludii. vel festa facta in honorem apollinis. propter victoriam quam habuit de phitone. Et a phito dicitur phitiu. tia. tiu. vel phitea. tea. teu. i. apollineus. vel a phitone serpente possunt hec deriuari.

Phitonice. ca. cu. pe. cor. 7 h phiton. onis. 7 hec phitonissa se. i. dinator vel icatator. plenus phitonico spu. 7 dinatrix vel icatatrix phitonico spu plena. 7 dicuntur a phitone apolline. quia apollo autor fuit diuinationis.

Phlebotomu. fm phidox etymo. iiii. ab incisione vocatu est. Ita incisio grece tomu dicitur.

Phlegeton. tontis. m. g. fluuius infernalis totus ardens. 7 dicitur a phos quod est ignis. vel phlegi. quod est inflamans. 7 tor. Inde phlegetonteus. tea. teu.

Phlegi grece. latine dicitur inflamans.

Phlegma. matis. est vnus de quatuor principibus humoribus humani corporis sic dictus quia sit frigidus. Greci enim frigore phlegmonem dicunt. Inde phlegmaticus. ca. cu. in quo dicitur phlegma. 7 quod perfert 7 efficit 7 generat phlegma. 7 quod pertinet ad phlegma. 7 quod pcedit 7 prouenit ex phlegmate. Et phlegmatico. cas. i. phlegmate abundare vel phlegma eijcere. multum saluare 7 spuer.

Phlegme. inis. n. g. est tumor sanguinis sicut ubi abundat crura sanguine. Itē phlegmia sunt cum in manibus 7 pedibus callosi sulci sunt.

Phleumon. est morbus in quatuor cum rubore et dolore. 7 tensione 7 duritia. 7 dicitur a phlegi. quod est inflamans.

Phobos grece. latine dicitur timor vel metus.

Phonos grece. latine dicitur sonus. 7 vertitur in latinum. 7 dicitur phonus. i. sonus. In phonicus ca. cum. 7 sonas musicus quod docet phonos. et

Phoros grece. latine dicitur ferre. (cor. ni.

Phos grecum est. 7 ad multa equocum. quia phos. i. lux. vel ignis. 7 phos. i. vox. 7 phos. i. aer.

Phosphoros vel phosphor grece latine lucifer

Phosoros. i. visio ignis.

Phrasis. i. locutio. vel interpretatio. vel sermo. fm phas. 7 dicitur a phraso verbo greco. quod idem est quod loquor. Et inde phrasis. i. locutio. vel modus loquendi. Et h phrastes. i. locutor.

Phrygia. gie. fuit filia europa. In hec phrygia dicta est quidam puincia. hec 7 dardania a Bardano filio Iouis. hmoi regio troia est quam ex suo nomine appellauit. Tros rex tro

ianorum princeps ganimedis. Et sunt due phrygie maior 7 minor. Maior phrygia smirna habet. Minor vero illam. Inde phrygius. gia. giu. Et h 7 hec phryx. gis. quod nomine sepe vocatur troiani. cum volumus eos appellare timidos. pro qualitate etiam negotii autores dant troianis diuersa nomina. Si voluit eos appellare timidos appellant eos phryges vel phrygios. Si generosos. dardanidos. Si phidos. laomedonciades. Si fortes. troios. Si audaces hectoros. Itē phrygia. gie. dicitur quidam vestis quod alio nomine dicitur acupicta. quod sit in phrygia. huius vestis artifices phrygiones dicuntur. quia in phrygia est repta. vel quia illi periti sunt in tali veste facienda.

Phrygiu. n. g. i. phrysellu vel quidam mitra potestificalis. eo quod in phrygia melius fiat. Inde phrygio as. i. phrygiu apponere vel phrygio ornare. Itē a phrygia. dicitur h phrygius. giu. qui dicitur lapis qui nascitur in phrygia.

Phronesis. sis. f. g. i. prudentia vel sapia. et dicitur a phronos quod est prudens.

Phronit. ta. tu. i. prudens vel sapiens. Et coponit imphtonit. ta. tu. i. insipiens. infusus. An Eccl. xxiij. Alio irreuerenti 7 imphtonito ne tradas me. Sed ibi coiter legitur infrunito. Et pducit pe.

Phronos grece. latine dicitur prudens. Et vertitur in latinum. 7 dicitur phronus. na. nu.

Phur. i. fors. vt habet. hester. ix. In phurim. i. sortium.

ante I

Piacularis. .t. t. 7 h re. quod piat. vel quod est dignum expiatione. 7 dicitur a piaculu. 7 piacularis dicitur hostia quod offertur pro peccato.

Piaculu. li. n. g. i. culpa. peccatum. scelus. 7 dicitur a pio. as. eo quod piandū sit. vt Eua intulit piaculu. i. mortem. culpa. peccatum. Et piaculu dicitur quod piat. f. sordis. ablutio peccati. 7 culpe piatio. remediū culpe. vt Maria contulit piaculu. i. vitam 7 remediū culpe. Inde 7 quidam sacrificia dicuntur piacula.

Pica. ce. auis quidam. 7 dicitur pica quasi poetica. quia pice verba in discrimine vocis exprimunt. vt hō. Et si linguas in sermone explicare nequunt. sonum tamen humane vocis imitantur. 7 pica. s. obliqua de pice corripuit pica. An. Sūt nigra vasa picis rostra rodolentia picis. Mgrioz vna pars pice altera candida pice.

Picea. ce. quedam arbor. de cuius succo pice efficitur.

Picta. ce. tinctura siue pictura 7 dicitur a pingo gis.

Pictaciū. ciij. n. g. epla brevis et modica. Itē pictaciū dicitur scedula demembrana excisa. In hęc pictaciuncula. lē. i. membranula. Item pictatiū dicitur illa corij pticula q̄ solet repetita-
re insuta est. Et dicitur a pingo. gis. q̄ sicut par-
tes picture distincte i pauimēto sunt. sic ap-
paret pictata in calciamento. Inde picta-
ciatus. ta. tū. i. repetiatus.

Pictauis indeclinabile. f. ge. qd antiq̄ dice-
bant. h. pictauis. uij. qdam ciuitas. Inde h
et hęc pictauis et h se. Inde hęc pictauia
regio adiacens. Et si inueniat pictauis. s.
nomē gentile. sit p̄ syncopā. Et nota q̄ pe.
de pictauis inuenit pducta. An qdaz ait.
Erige pictauis libera facta caput. Itē inue-
nit correpta. An alter ait. Pictauis iner-
mis subigit sua rura nec vltra. In talibus
emulandus est vsus autoz.

Pictura. re. f. g. i. imago exprimes spēm ali-
cuius rei. et dicitur a pingo gis. Et dicitur pictura q̄
si fictura. sicut pingere. quasi fingere. et est
imago ficta non veritas. Inde picturatus
ta. tum. i. pictura variatus.

Picus. qdā ausa a pico. Saturni filio dicta
q̄ ea in auspicijs utebatur.

Pierus. fuit pater nouē picaz. quas nouē
musę deuicerunt. Inde hęc pieris. idis. fi-
lia vel neptis pieri. et quia eas. scz pierides
musę deuicerunt. ideo ab illis musę pieri-
des dicte sunt. et cor. ri. Et pierius. ria. riū
i. musaticus. Unde pierijs tēdet inferuisse
stilum.

Pieticus. ca. cū. i. pius. ppassiu. et dicitur a pius
piga. ge. f. g. i. sūmitas natiū vel natis. et dicitur
a pige qd est dep̄ssus. q̄ dep̄ssa ē. Itē piga
dicitur bursa. et p̄pe testicorū. An orati. Hemi
mi p̄eat aut piga aut deniqz fama.

Pigargus. gi. m. g. qdam auis. et dicitur a pige.
qd est dep̄ssum q̄ forte auis parua est. Et
numerat in aialia comestibilia Deu. xiiij
pigargon vel pigargum.

Pige grece. dicitur dep̄ssū. v̄ dep̄ssio latine. An
pige apud grecos dicitur fons. quia in dep̄ssis
locis solet esse.

Pigella. lē. quoddā genus vasis. f. artopta
et dicitur a pige. q̄ dep̄ssa est.

Piger. gra. grū. i. tardus. lent. et dicitur a piget
eo q̄ sp̄ eū pigeat. Et dicitur piger q̄si pedibus
eger. Est eni tardus ad incedendū. In pi-
gritia. tiē. Et hęc pigritudo dinis. i. torpor
sz pigritudo vigilantis. torpor dormitatis.

Pigmea. mee. qdā regio est. Inde pigme.
mea. meū. pe. pd. Et sunt pigmei. vt dicit
Augu. semicubitales hoies q̄ tertio āno p-

fecte etatis sunt. septimo senescunt. et dicū-
tur pugnare cum gruib. et armati deferri
ab ip̄is. sic narrat Ihuug. Isidor. No dic In
india ē gens. statura cubitali. q̄s greci a cu-
bito pigmeos vocant. Ibi montana indie te-
nent. quib. est vicinus oceanus.

Pigmentū. ti. ē p̄fectio ex vino et melle et di-
uersis speciebus suauis et odorifera. et dicitur a
pila. q̄ in pila agit. i. tundit. An. iij. Regl
xx. pigmenta. i. odoramēta. fm glo. In
pigmentari. ria. riū. ad pigmentū ptinens
Et pigmetarius. tarij. q̄ facit vel vedit pig-
menta. et pigmetatus. ta. tū. i. pigmeto mi-
xtus. vel conditus.

Pigneratus. ta. tū. res q̄ pro pignere ponit
vel accipit. et dicitur a pignero. ras. An Amos
ij. Et super vestimentis pigneratis accubu-
erunt.

Pignus. nois. p. o. n. g. i. filius. vel amor v̄
indiciū. vel signū amoris. vel p̄federatō
vel p̄sideratio amoris. Itē inuenit hoc pi-
gnus. neris. p. e. in obliq̄s. i. vadiū qd pro
aliqua re dat. vt postea recolligat. Al fm
p̄ap. est qd ppter rē creditā dat. cui. pos-
sionē solū ad tps consequit creditor. sz
dñiū penes debitorem est. Unde quidaz

Pignora natorum dicunt pignora rerum
Pignus in. o. natum. sed in. e. facit esse va-
diatum.

Pigra qdā medicina est. et interpretat amara
q̄ eius gustus est amarus. et pd. pi.

Piguus. gua. guū. i. piger. vel verecundus
Pila. lē. i. pilocellus cū quo ludit. et dicitur a pi-
lus. eo q̄ sit pilis plena. Pila aut dicitur taber-
na. Pyla etiā dicitur pes pontis vel qd sustinet
parietem. vel effigies hominis in competis
posita. Et pyla instrumentum concauum i
quo frumentū terit. vel aliud. In hac sig-
nificatione dicitur a pindo. dis. Et pyla dicū-
tur tela romanoz. Et nota q̄ pila ptaber-
na. et pro instrumento. et p telis primaz p-
du. sed in alijs signiōib. eaz cor. Unde. Est
pyla pes pontis. pila ludus. pila taberna.

Pyla terit pulres. in bellis pyla feruntur.
Pila p pilo cello componit cum ludus. et
dicitur piludius. a. um. et ludipilus. la. luz. q̄ cū
pila ludit. fm Ihuug. Dicit m̄ aliq̄ pila p
ludo. et p mensula rotunda. et pila p qdam
ciuitate corripit p̄mā. sed h pylū. et h pylus
instrumētū terēdi. et hęc pila ptabna. et p
vase pistadi. et p pede pōtis pd. p̄mā. An il
lud vitiosū ē. Est pyla pes pōtis. pila lud
pila tabna nā Virgili. i. viij. ene. ita dicit. sa-
rea pyla cadit longiqz molliū. an Corrige

ergo p̄dictū v̄sū. 7 dicas. p̄des pontis py-
la. pila ludus. pila taberna. Et h̄ videt ve-
rius q̄. s. pyla p̄ pede pontis p̄mā pducit.
vt patuit p̄ virgiliū. Itē de pila p̄ taberna
7 p̄ ludo dicit q̄dā Ludū luado pile pl̄ lau-
do pocula pile.

p̄ylan. ni. q̄. cū pylo. i. telo gradit̄ armat̄.
p̄ilasca. cē. i. vas vinariū corio piloso optū
p̄ylata. tē. cois. g. i. fur siue latro 7 d̄ a py-
lū. 7 lateo. tes. Inde h̄ pylatū. tale latro-
ciniū. q̄ cum pylo. i. telo lateat.
p̄ylatus. ta. tū. i. pylū h̄is vel pylo armat̄
7 d̄ a pylo p̄ telo.

p̄ilatus. ti. interptat̄ os malleatoris. q̄ dū
x̄pm ore suo iustificat. 7 p̄denat. more mal-
leatoris vtraḡ parte ferit. Et cor. pi. And
in Aurora d̄. Mutari titulū rogat hostis
at q̄ p̄ilar. Vel vt fert̄. p̄ilatus fuit ba-
stardus. An̄ legi in quadā historia q̄ fuit
quidā rex noie Tyrus. q̄ quandā puellam
noie p̄ilā filiaz cuiusdā molendinarij noie
Atus. carnaliter p̄gnouit. 7 filiū de ea ge-
nuit. p̄ila aut̄ ex noie suo 7 noie p̄ris sui. q̄
dicebat̄ atus vnū nomen cōposuit. 7 nato
puero imposuit nomē p̄ilatus.

p̄ilax. acis. m. g. catt̄ murileḡ. 7 d̄ a pilus
eo q̄ multis pilis abundat. vel q̄ eius pil̄
est p̄ciosus. An̄ in vita b̄ri Sansonis legi-
tur. q̄ cellerarius fecit venenū 7 p̄bauit p̄
pilacē esse mortiferū.

p̄ylentū. ti. n. g. quoddā genus curruū 7 d̄
a pyla p̄ inst̄ro terēdi eo q̄ tereat terram.
p̄eliludius. dia. diū. q̄ cum pila ludit. 7 d̄ a
pila p̄ pilocello. 7 ludo. dis.

p̄illeus. m. g. 7 h̄ pilleū. lei. est genus sacer-
dotaliū vestimentor̄ in lege q̄ sunt poderis
ab aneth. pilleū. machil. ephot. legiū petā-
lū. bathin siue feminalia. Et est pilleum ex
byssō rotundū q̄ si sphaera media. caput te-
gens sacerdotale 7 in occipitio vitta p̄stri-
ctū. Hoc greci 7 n̄ri tyarā 7 gallex vocant
Sed modo pilleū general̄ p̄ capello sumi-
tur. 7 d̄ pille. a pilis. q̄ pilos capitis regit
vel q̄ ex pilis fit. Inde pilleolus. li. 7 h̄ pil-
leolū. li. di. i. puus pilleus. An̄ Orati. Et
cum pilleolo soleas p̄uina tribulis. Et pil-
leatus. ta. tū. i. pilleū h̄is vel pilleo indut̄

p̄ilosi sicut dicit glo. Esa. xxxiiij. Mōstra
sūt ad similitudinē hoīuz. vel demones in-
cubones. vel satyri. i. siluestres hoīes. q̄rū
forma fm̄ p̄ap̄. ab humana effigie incipit
s̄ bestiali extremitate terminat̄. Isidorus
at̄ ety. viij. sic ait. p̄ilosi dicunt̄. q̄ greci pa-
nitē. latine icubi appellant̄ siue innij ab incu-

undo passim cū aialib̄. vñ 7 incubi dicunt̄
ab incubādo. i. stuprando Sepe enī ip̄robi
existūt mulierib̄. 7 ear̄ pagūt p̄cubitū. q̄s
demōes galli dulos noiant. q̄ assidue h̄ac
pagūt imūdicia. s̄z quē vulḡ incubonē vo-
cat. hūc romani faunūficariū dicunt.

p̄ylumen. inis. d̄z quicq̄d in pyla tundit̄ v̄
potius qd̄ p̄icit̄ a rebus vel granis in py-
la tunsis. 7 pducit lu.

p̄il. li. p̄ capillo d̄z 7 pelle q̄i pell̄ q̄ a pelle
p̄cedit. Itē pylus d̄z inst̄m cū q̄ tūdit̄ 7 te-
rit̄ i pila. S̄z p̄ inst̄ro. p̄mā p̄. alit̄ eā cor. vñ
Qui terit̄ ē pil̄. pilus ē in fronte capillus.

p̄ilū. li. n. g. q̄dā genus teli. 7 ē romanorū
7 d̄ a pello lis. q̄z pellit̄. i. emittit̄. 7 torque-
tur. 7 pdu. p̄mā. An̄ lucan̄ in. j. Signa pa-
res aquila 7 pyla. minātia pylis. Itē h̄ py-
lū. li. ponit̄ p̄ rasorio. 7 pd̄. p̄mā. An̄ ad ta-
ctum pili mille ruere pili.

p̄in grece. d̄z altū latine.

p̄ina grece. fames d̄z.

p̄inax. acis. i. pugillaris. ephimer̄. tabula
manual̄ ex pino facta. Et pinax d̄z tabula
in q̄ p̄bi figuras faciūt i supposito puluere.

p̄incerna. ne. m. g. d̄z vini disp̄sator v̄ po-
ti. p̄pinator. q̄ porrigit ex officio poculum
d̄no suo. 7 d̄z p̄incerna q̄i pen̄ cernēs. i. cel-
lariū q̄ sp̄ h̄z oculū ad vinū suo tpe p̄pinā
p̄inguis. guis. cois. g. 7 h̄ gue. i. cras (dū
sus. 7 cōpaf̄. pinguis. pinguior. simus.

p̄inna. ne. est sūmitas cuiuslibet rei. sed p̄
p̄rie temploz vel muroz. 7 d̄ a pin grece
qd̄ d̄z altū. Item pinna d̄z qd̄ supeminet in
dorso piscis. qd̄ aliter d̄z notria. Inde pin-
nula. le. di. Item a pinna hoc pinnaculū li.
cuiuslibet domus vel tēpli fastigiū. Unde
M̄arth. iij. Et statuit cū supra pinnaculū
tēpli. Et sepe p̄ cuiuslibet rei fastigio ponit̄
tur. fm̄ l̄hug. Beda x̄o dicit. p̄inna vel
pinnaculum est sūmitas tēpli. q̄ d̄z tabula-
tū. Et Anselmus dic̄. M̄os erat in palesti-
na q̄ tecta essent plana 7 a latere qdā appo-
diationes. ne q̄s laberet̄ incaut̄. p̄inna-
culū x̄o tēpli erat eius deābulatorū quod
erat tabulatū. planū in sūmitate tēpli. in q̄
p̄dicabant sacerdotes. fm̄ glo. de q̄ M̄at.
x. Qd̄ in aure auditis. p̄dicare sup̄ tecta

p̄innirapus. pi. i. gladiator. 7 d̄ a pinna. 7
rapio. eo q̄ rapiat pinnas. i. sūmitates ga-
learum a deuictis. quas colūnis in signum
victoriē suspensas ferebant. vel pinnirap̄
quasi pennirapus. sc̄z qui plumat aues vel
qui rapit̄ pennam de capite alterius. Auf-
enim se de velocitate iactabant. pennam in

capite suo ponebant in signu velocitatis.
 Beni qz si qd iterueniret velocior rapiebat
 pennam de capite eius. Unde Iuuenalis.
 Pinnirapi cultos iuuenes. iuuenesqz laniste
 Pinnosus. sa. sū. i. altus. supb' v' laniosus
 Inde hec pinnositas. tatis. i. altitudo. vel
 supbia vel laniositas.
 Pinnula. lē. di. i. pua pinna fm l'ug. An i
 Leuiti. dz legi pinnula illud p qd piscis in
 altū leuat. licet qdā legāt ibi pennule Pa-
 pi. xō. dicit. Pinnula sūma ps auris v' na-
 ris. ab acumine dicta
 Pinnū nū. p duo. n. i. acutū. vt dic' Pāp.
 Piusus. sa. sū. i. pistir'. v' pinsus. i. trit'. tū-
 sus. dz a pindoz. deris. Itēz hec pinsa. lē.
 mar' instrm pinsendi. dz a pinso sis. Unde
 qdam. Neqz pinsis pinsui. neqz molis mo-
 lui. Inde hec pinsula. lē. di.
 Pinn' nus. uui. v' pin' ni. qdā arbor. dz a
 pin qd est altū. qsi ab acumine folioz. pinū
 aliā picin. aliā grēci pecuē vocāt. quaz nos
 piceā dicimus. qz desudat picem. Inde pi-
 neus. nea. neum. dz hoc pinetū. ti. locus vbi
 pini crescunt.
 Piper. peris. n. g. Et inuenitur in. m. g. dz a
 pyr. qd est ignis. qz calidū est v' qz ab igne
 denigrat. Et piperis arbor in india nascit
 in latere montis caucasi. folia h3 ad iunipe-
 ri similitudinē cui' siluā serpētes custodiūt
 sed cum maturum fuerit. incendunt illa lo-
 ca vt fugiant serpentes. vt possit colligi. s3
 piperis diuer sus est fructus. Nam qd im-
 maturum est. piper longum vocatur. incoz-
 ruptū ab igne piper album dz. quod xō cu-
 te rugosa dz horrida fuerit ex calore ignis
 trahit colorē dz ex colore trahit nomē piper
 Si leue est. vetustū est. si graue nouellum.
 Vitanda est i his mercatorum fraus. So-
 lent enī vetustissimo piperi humecto argen-
 ti spumā dz plumbū aspgere vt ponderosū
 fiat. Inde pipatus. ta. tū. i. pipere pditus.
 v' pfect' Et hec pipata tē. qdā pfectō ex pi-
 pe. dz pipere. rea. reū. dz pipin' na. nū. Et h
 pipitinus. ni. substantiue. qdā lapis subal-
 bidus cum pictis venis nigris.
 Pipio. onis. m. g. pullus columbar.
 Pipiuncul'. li. dz hec pipiuncula. lē. i. accipi-
 ter. dz cor. cu.
 Piplez. dicunt muse. a pipleo fōte macedo-
 niē vel monte dz peplo veste.
 Pyra. rē. f. g. i. rog' v' congeries lignoz in
 igne. dz a pyr. qd est ignis Sed rogas est
 dū nondū est accensus. Pira est ex quo ar-

det. Bustū postqz arserit. An Act. xxviii
 Accensa enī pyra reficiebant. nos omnes p-
 pter imbrem.
 Pyracmō. onis. faber Iouis. fulminū eius
 fabricator. dz a pyr qd est ignis. dz acmō
 qd est incus qsi ignea incus. eo q sp sit iux-
 ta ignem dz incudem.
 Pyrama. atis. n. g. dz hic pyramis. idis que-
 dam alta structura que fiebat antiq' supra
 sepulcrum mortuoz. dz talis edificatio sur-
 git. vt a latitudine incipiat. dz in angustum
 finiat sicut ignis. Nam apud maiores po-
 tentes. aut sub montibus. v' in montibus
 sepeliebant. inde tractū ē vt supra cadaue-
 ra. aut pyramides fierent. aut ingentes co-
 lūne collocarent. Item dz pyramis dz qdā
 figura que in modum ignis ab amplo i acu-
 tum consurgit.
 Pyrata. tē. pe. pd. i. marinus. latro. vispi-
 lio. Inde pyraticus. ca. cū. fm l'ug. Pāp
 xō dicit pirate. sunt p'dones marini ab in-
 cendio nauium. v' insularum. quas capie-
 bant dicti.
 Piratica. cē. f. g. latrocinū in mari.
 Pyreneus. nei. dz h pyrene. nes. mōs hispa-
 niē altissimus. dictus a pyr. v' quia igneus
 est v' qz igni. i. supiori elemēto est ppinqu'
 dz pdu. pe.
 Pyretz. tri. v' pyretron. qdam herba q h3
 radicem incendiosam. dz a pyr.
 Pyrgus. gi. m. g. lignū v' tabula in alia sup
 qd ponunt illa rotunda instrumenta sed p
 linedochen qnqz ponit pro ipsa alea. vt cū
 dicit. Iste amisit oia i pyrgo. et dicit a pyr
 qz illud lignum est acutū in sumitate ad mo-
 dum ignis.
 Pyrgus grece. dz turris. a pyr. qd est ignis
 qz ad modū ignis pscendit. Et hinc pyrg'
 dz eo q speciem turris habeat.
 Pyritus. ti. m. g. quidam lapis aeris quali-
 tatem similans. dictus a pyr. eo q pluri-
 mum ignis insit ei. Est alius pyritus vul-
 garis. quem viuum lapidem dicunt. f. pe-
 traz focarem. qz ferro v' lapide pcussus sci-
 tillas emittit.
 Pyramantia. tie. i. diuinatio q fit in igne. v'
 in astris. dz in scintillationibus ignis. dz a
 pyr qd est ignis. dz mantia qd est diuinatio
 Inde pyramanti'. tia. tiū. dz pyromanticus
 ca. cū. dz acuit ti.
 Pyropus. pi. m. g. quēdam species metalli
 ca ex tribus denarijs auri. dz ex sex eris vel
 quidam lapis flāmaticus. sic dictus. quia
 visionem dz colorem habeat ignis. Unde

Pyrope. Flamas imitante pyrope.
Pirrhikios. kij. qdā pes metric' stans ex
 duabus breuib'. vt Legit sic dict' a p' irr-
 ho filio Achillis. qd ad funus p'ris armatus
 eo metro salutauit. **Uñ** 7 pirrhikia apud
 grecos. salutatio d'r.
Pirrhos. rhi. filius Achillis. 7 d'r a pyr. qd
 igneos 7 rufos habuit capillos. Itē phir-
 rhos rex ep'rotaz 7 sic est nomē ononymū
 7 ponit aspiratio post. r. fm p'iscianum.
Pirus. ri. qdā arbor. Inde h' p'irū fruct' illi
 us arboris. 7 h' p'iretū ti. locus vbi p'iri cre-
 scūt. Et hec p'irula. le. extremitas a forma
 ip'ius p'iri. 7 cor. pi. fm l'bug. **Pa.** aut diē
 p'irula d'r extremitas nasi. a formula p'iri.
Pis. grece. latine d'r aurum.
Pisa. se. quoddā gen' leguminis. 7 d'r a pis
 qd ē aurū. qz ea pensabat aliqd auri minu-
 tum. Et peccant qd dicūt qz pisa sit plis nūe-
 ri. et neu. ge. f. pisa. forū. **Peccauit** ergo qd
 dixit. Hec pisa sūt bona. sūt qz p'igua sūt
 sinelardo. **Al** pis v' pisa dicta est pisa que-
 dam ciuitas grece ab abūdācia auri v' illi-
 us legumis. **In** p'iscus. sca. seu. Et p'it h'e
 p'ise. faz. qdā ciuitas tuscie. qz illi qd hanc
 ciuitatē edificauerūt. ab illa pisa ciuitate gre-
 tie venerūt. vel p'ise q' si pense. a pensando.
 f. deliberando. cum enī p'polleat sapia cum
 pensatiōe. 7 p'ilio agit. **In** p'isan'. na. nuz.
Piscēs ois ge. indecl. i. p'iscās vel piscator.
 vñ **Iuuenal.** Tūc p'iscēs accipe dixit.
Pisculus. li. di. i. puus p'iscis.
Piscina. ne. aq collecta non h'ns p'isces. 7 d'r
 a p'isce p' trarium. qz non h'z p'isces.
Piscarius. rñ. m. g. i. piscator. sed piscator p'
 prie qd capit p'isces. **Piscarius** qd vendit.
Piscis. scis. m. g. d'r q' si p'iscis. a pascendo eo
 qd sit pastus hoīuz. **Inde** p'iscosus sa. sū. i.
 p'iscibus plenus v' abūdās. etiā p'iscolens
 ta. tū. d'r q' si p'iscib' plenus. **Inde** hec p'isco-
 lentia. tie. plenitudo 7 abundantia p'iscium
Pisciuorus. ra. rñ. pe. cor. i. p'iscū vorator.
Pisantia ē q'stio cui nō pōt vna voce respō-
 deri. vt **Qua** gerem' bellū. qd auxilia nobis
